

V, 82.

2.417a



CVRIAM
REGNITIANAM
NON. NVLLO. IVRE
HERMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT. XXXVIII

VT
D. T. O. M.
IMPERIVM. FAVSTVM. ET. PERENNE
SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI
DOMINI
CHRISTIANI. FRIDERICI. CAROLI

ALEXANDRI

MARCGR. BRANDENB. BVRGGR. NOR
RELIQVA

DOMINI. CLEMENTISSIMI
QVA. DECET. PIETATE;

DIE. X. MART. A. R. S. CCCLXVIII

A L E X A N D R O

SACRA. COMMENDATVRO. CVRIANO

ADSINT

CVRIAEC. PROCERES. CIVES. Q

HUMANISSIME. ROGAT

PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS

CVRIAEC. REGNITIANAE

EX. OFFICINA. HETSCHELIANA

PARS II.

QVAENAM HERMVNDVRORVM TERRA?

Tenuisse HERMVNDVROS aliquam terrarum partem, consen-
tiunt plerique omnes, disentiunt vero in regione. *Misnia*
et *adiacentes prouincias* potior pars iis adsignauit. Fuerunt tamen
et iam, qui *ultra Arelos versus* nunc *dextrorum* nunc *sinistrorum*,
fuerunt, qui *versus meridiem* pariter *dextrorum* *sinistrorum* ex-
tenderent eosdem. Quibus rationibus, si quas adulterunt, i.) eo-
rum quisque, iam videbimus.

N. I.

Qui ad septentrionem versus HERMVNDVROS ablegauere,
diuertunt. Alii *ultis*, alii *cis Albiti*. Sed et hoc non est iter vnius
diei. Iam igitur *Albiti* ad *dextram*, proxime ad *sinistram* pedem
tuum moueare.

PENSVM I.

AN AD ALBIS DEXTRAM?

Index dictorum.

§. I. An in *Bohemia*?§. II. An in *Silesia*?§. III. An in *Lusatia*?§. III. An in *Misnia septentrionali*?§. V. An in *Circulo Electorali Saxonico*?§. VI. An in *Anhaltia*?§. VII. An in *Marchia Brandenburgica*?

§. I.

i.) Nullas autem aduluisse multos, *Misnia Saxon.* Super. Part. I. Obseru. I.
conquestus est Schoettgenius de Her- p. 13.
munduris §. X. in Spicileg. Diplomat.

§. I.

Qui Albim in HERMVNDVRIS oriri volunt, 1.) non possunt non, quin, nisi omnem 2.) Bohemiam, 3.) salem 4.) quae ad caput illius fluuii in Silesiae confinio aut tantum cis 5.) Gigantum iugum, 6.) atque adeo prouinciam Reginobradecensem vel et Litomericensem 7.) isti genti tribuant. Tribuit autem Bohemiam isti, ex quo eius opibus Catualda pullus fuerat, 8.) quidam, 9.)

§. II.

Iam cum Albis fontes in illo montium iugo, quod Bohemiam a Silesia sejungit, 1.) exsiliunt; aequie potuerint HERMVNDVRI eam 2.) inhabitasle, 3.) Adiacet autem isti iugo Iauortensis 4.) pro-

Fff 2 uincia

1.) De quo satis Partic. III. Part. I.
huius Interfectionis §. V.

2.) In qua collocant eos Fabronius in Geograph. Hist. Cap. IIII. p. 124. Et Ecardus de Orig. German. Lib. II. §. LXXI. p. 430. adeo ut Grotnitius in versione Taciti German. Cap. XXXXI. HERMVNDVRIS explicationis loco adlinaret: Teils Meissner und teils angehörende Böhmen, duce forsan Willichio ad eosdem.

3.) Ne quis opinetur, HERMVNDVROS Bohemos fuisse, rationem reddit Andreas Mollerius in Epistola ad Quelmalciuum superrime in utilissima Collect. Var. ad Hist. Saxon. Vol. I. Obs. III. p. 98. ex scrinio literario ab interitu vindicata.

4.) Ex sententia Althameri et Beutheri ad eadem Corneliana, Spangenbergii in Chron. Mansfeldenf. Cap. XIII. Schmidii in Chron. Cygn. Part. I. Sect. I. Cap. III. p. 11. Lucae in Memorabil. Siles. Part. I. Cap. II. p. 21. et in Aula Princip. S. R. I.

P. III. Cap. I. p. 586. Goldasti de Regn. Bohem. Lib. I. Cap. III. §. II. cui comites dedit alias Schminkius sub ζ p. 38.

5.) Ut vistum Lucae citato Cap. I. p. 3. Memorab. Siles. Partis I.

6.) Quod contemplati sumus supra Cap. III. Sect. I. Int. I. Part. I. §. III.

7.) Quod quibusdam videri, refert Lucae in Aula S. R. I. Principum Part. III. Cap. I. p. 587.

8.) Telle Tacito in Annal. Lib. II. Cap. LXIII. n. 6.

9.) Is est Abelius in Antiq. Teuton. Cap. I. §. XVIII. p. 143.

§. II. 1.) Quod vel ex priori §. adparet.

2.) Ut voluerunt Thebeius Annal. Lignic. Part. I. Cap. I. §. I. pr. et Gundlingius in Atlant. Brandenburg. sive Hist. March. Brandenburg. Lib. I. Sect. I. §. V.

p. 8.

3.) Ea de causa notatus fuit modo nominatus Gundlingius ab Abelio in Antiq. Teuton. Cap. II. §. XXIII. p. 427.

4.) Cuius nominis natales inquisiuit

uincia Silesiae inferioris. 5.) Nil refert, habitauerint hicce in perpetuum 6.) an per aliquod tempus. 7.)

§. III.

Ab iisdem fontibus ad dexteram si desleatis septentrionem versus Silesiae fines transgrediendo, intraueris Lusatiam. Hanc et HERMVNDVRIS qui adsignant, deprehendi. 1.) Vagentur autem ii extra oleas?

§. IIII.

Propior inde nato fluo est pars Misniae orientalis ad septentrionem spectans. Eam 1) HERMVNDVRI coluerint, si Albis eos interfluxit, 2) aut ex dextra fluminis eiusdem ripa in sinistram aliquando transiere iidem. 3.) Quorum quid cui arriserit, is demum agrum Bischofswiedensem 4.) in finibus Misniae Lusatiam superiorem versus iiftis colendum diuiserit.

§. V.

Beniamin Leupoldus de Iauriae Nomine atque Aetate. Magdeburgi 1757. in 4.

5.) Cui HERMVNDVROS adscribit idem iste Gundlingius.

6.) Qui ita censem, si nosse tanta voluptas, eos dabit huius nostri commentarii Cap. III. Se^ct. II. Interf. I. Part. I. §. V. n. 2.

7.) Hoc cernere sibi visi sunt Abelius n. 3, adpellatus et Schoetgenius de Hermunduris §. VIII. in Spicileg. Diplomat. Saxon. Super, Part. I. Disf. I. p. 12.

§. III. 1.) Nempe Mollerum Theatr. Freiberg, Chron. Se^ct. I. Cap. II. p. 10.

et Gundlingium iam aliquoties excitatum.

§. III. 1.) Quam tamen excipit Cluverius in German. Antiq. Lib. III. Cap. XXVIII.

2.) Quod redargui iam supra Cap. III. Se^ct. I. Int. I. Part. III. §. III.

3.) Ut exigitur Anchersenius de Valle Hertha Part. I. Cap. III. §. LXXXI. p. 108. prouocatus iam supra Cap. III. Se^ct. II. Interf. I. §. VI. n. 4.

4.) Hunc tenuisse HERMVNDVROS, scripsit Hekelius in Bischofswiedera sua Cap. II. p. 3. teste Dubratrio. Huius tamen Historiam Bohemicam perquirenti nihil obuenit, quod hoc faceret,

§. V.

Id vero qui sibi persuaderi patiatur, aut Semnones 1.) inter ac Albim collocauerit HERMVNDVROS, 2.) is protenderit eos in eam regionem, quae paret Principi cuicunque, qui splendet inter S. R. I. iam quidem Nouemuiros, Saxonum. Ea vulgo dicitur *Circulus Electoralis Saxonius*. Non est, quod iterum edicamus, iam quidem nos versari in dextera Albis ripa. Eam enim nos in hac tabula premere, iam in eius fronte indicauimus.

§. VI.

Eodem autem iure, si cui volupe, adscribat HERMVNDVRIS terram Anhaltinam, cuius Torne et Dornburg aliqua eius gentis vestigia 1.) prae se tulerint, modo si tanta horum locorum vetustas, Ego sane vadimonium non sisto.

§. VII.

Hic saltem Albis suos HERMVNDVROS depofuerit, si Langobardi Magdeburgica et Marchica tenuerint. 1.) Hi enim illis erant vicini, 2.) Ibi igitur HERMVNDVRIS nulla erit res, omnium sane minime in Marchia illa Brandenburgica. 3.)

F ff 3 Secun-

§. V. 1.) De iis autem satis iam antea Cap. III. Sect. I. Interf. II. §. XVII. et XXIII. extr.

2.) Quo iure quaque iniuria, est vide-
re Cap. III. Sect. I. Interf. I. Part. III.
§. III. extr.

§. VI. 1.) Qualia tibi adparebunt
Cap. II. Sect. II. Interf. I.

§. VII. 1.) Quae eis vindicauit Cap. III.
Sect. I. Interf. II. §. XVIII. extr.

2.) Cuius rei testes ibi n. 68. produxi
idoneos.

3.) Quam iis adsignat, quod scio,
nemo nisi Furnierius in Geogr. Orb. No-
tit. Part. I. Lib. III. Cap. V. p. 104.

Secundis autem auspiciis SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI, DOMINI CHRISTIANI FRIDERICI CAROLI ALEXANDRI Pieridum Franconicarum LVMINIS SPLENDIDISSIMI Musa nostra spem concipit amplissimam, fore, ut ex decem et sex annorum itinere per potiora Germaniae priscae Her mundurorum gratia suscepito in portum, quem cupidissime respicit, referatur fessa,

cum vere rubenti

Candida venit auis longis inuisa colubris.

In die ALEXANDRI, quo nomine CLEMENTISSIMO PRINCIPI nullum gratius, ea exponet commoda, quae ex eo tempore, quo in tutelam Serenissimorum Burggravorum Norimbergae Hohenzolleranae spiris peruenit, redundarunt in Curiam eiusdemque Mineruam vberiori flumine, quoties Burggratus Norici vtriusque sumnam sumnum Numen vni, ut cum maxime, dedit. Ea vero contigerunt sex principibus. Exsequetur hoc suscipiens vota pro incolumitate PATRIS patriae OPTIMI solida, post quam bini Curiani ciuium ultima verba fecerunt, laetum hoc capientes tempus, quo ad mercaturam pretiosarum artium proficiscantur, quas olim patriae carissimae cum fenore reddant.

IOANNES HENRICVS MOENCH a Patre Viro Probo cognomine in vicina Isiga cauponam exercente ad classem tertiam Curianorum mittebatur quatuor abhinc annis et quod excurrit. Tain circumscriptum tempus adeo bene collocauit, qui, quod et iam custode remoto non impenderet libris utilibus, omne periisse putaret, vt solito profundiorem meditationem quaelibet responso spiraret aequa ac scriptio, qua res nulla tantum proficit ad dicendum iudice eius rei peritisimo Marco nostro, cuius ΛΥΚΙΔΟΣ amabat. Hinc non tam cito ei docentes quidpiam commendabant discendum, quam is eosdem rogabat in auxilium. Aude se etabatur, quae iuris studioso utilia, longe tamen a vulgo disidens, cui, quae Graeca, non leguntur, ad quorum εξι tantam peruenit exercitatione, ad quantum pauci, quos ae quus

quus amauit. Nec cessit optimo nostrum peritia Ebraicae
Chaldaicaeque linguae, quam publice audire non contentus
et iam priuatim vterius excolare putauit esse suum, quod a
se alienum imo alienissimum istud genus hominum habuerit
parum prouidum futuri sero sapiens et profitens: O mihi
praeteritos! Tantum autem abest, vt, qui in literis tam pul-
chre profecit, in moribus deficeret, vt potius his doceret,
quantum situm fit in ingenuo cultus diuini, ad quem egre-
gie adtentus, sectatore. Quo igitur in Martinalibus anni
CIOCCCLXVII. Deum nosse optimam esse scientiam heroico
carme canere poterat quisquam melius? Idem tamen et iam
anno post in foliennibus D. PRINCIPIS, quem a. d. XIII.
Calendas Februarias nobis eruptum lugemus, FRIDERICI
CHRISTIANI nominatibus enarrabat fermone patrio *fata*
rei pecuniariae in Germania potiora eo promptius, quippe cui
historia literaria, quam Iuris cultori adprime utilem commen-
dabit togatus, qui aliquando in foro verisque litibus versa-
bitur, si, quod plane confidimus, almae Salanae institutio
bene cesserit, in deliciis.

IOANNES CHRISTOPHORVS BAVER gaudet Patre
Viro Nobilissimo Ioanne Christiano, qui olim in Cu-
riani alumneo aptus fuit inuentus, vt inde vocatus scho-
lae Kozauiæ superioris praeficeretur. Gaudet autem ado-
lescens eo maxime, quod iste natus egregias ingenii dotes,
quas nec adhuc patitur senescere, Graecis Latinisque literis
praesertim imbuerat hunc suum gnatum, vt secundanis adgre-
gari potuisset, nisi pater fecus, ac multi solent, consultius
duxisset, in tertianorum superioribus tirocinium ponere,
cum superflua, quae quibusdam videntur, non nocent, si
fiat firmandae disciplinae. Eam vero tum stabili funda-
mento manere, exemplo fuit fere per sexennium discipulus
non facile patiens, vt praeceptoris dictum aliquod elabatur,
qui ceras semper plenis domum reportabat. Erat igitur,
qui redderet, cuius oblii erant negligenteres. Talem au-
tem



tem se praestitit non solum in schola sed et in templo , vt
praesagiamus sautorum gratia nutritum , cui parens haud
sufficit , et ex cathedra Lutheri reportaturum incorruptam
doctrinam , quam aliquando in summi Numinis gloriam pro-
paget . Pro experimento fuit in Martinalibus anni CICOCCLXVI .
carmen heroicum *de sapientia ex intuitu huius universi cons-
piciua* . Ponderavit tamen et iam pecuniarum commoda et
incommoda oratione Latina superiori anno . Iam vernacula
exponer usum diariorum eruditiorum multorum , quibus ab im-
proba censura pro viribus vindicatis Deum omnis boni disti-
simum , qua par est , pietate implorabit , vt SERENISSIMI
PRINCIPIS recentis imperium proroget in annos quam plu-
rimos .

Hoc ego pro vobis , hoc vos optate coloni .



Yb 4473

KD 18

ULB Halle
006 302 904

3



2c



Farbkarte #13

